

EXORDIVM

STVWY <DEDICATIO>

Haec pauca beatitudo vestra gratifice, quaeso, excipiat deflorata, quae non ex uno unius doctoris prato divinae auctoritatis studui decerpere, sed per multorum patrum florigera rura, cordis et corporis cervice summissa studiose, succinctim celeriterque ut iussio sanctitatis exstitit vestrae curri et ex his hos odoriferos domino largiente prout potui flores excerpti, hancque quadriformem huius voluminis intexui coronulam sicut in prefatiuncula subsequenti vestra sancta dinoscere poterit industria; ex quibus vero auctoribus vel opusculis ac institutis haec sint excerpta, in margine vel titulis huius opusculi nomina eorum retinentur adscripta. Obsecro ut, si cui haec transcribere placet, eadem patrum nomina sicut in hac pauperrima excerptione adposita invenerit suis in opusculis similiter adfigat. Nemo etenim haec sanctorum patrum eloquia praesumptiose reprehendat, sed potius consideret quae pie sunt dicta, et studiose relegat, et opere ut dominus dederit studiosius adimpleat. Idcirco ex innumeris divinis constitutionibus ad corrigendos vel instruendos mores humanos tam exigua in hoc corpusculo collegi dicta, quia mihi vestra pia paternitas in parvissimo temporis curriculo cursu haec iussit explere velocissimo; necnon et maxime obstitit mihi, quia codices huic operi necessarios, ubi aliquando ad hoc opus pertinentia repperi testimonia, minime habere potui.

Opto paternitatem vestram bene semper valere in domino.

1 EXORDIVM supplevi 2 DEDICATIO *scripti*, INCIPIT PRÆFATIO HVIVS LIBRI V
 3 quaeso *om.* Y 5 patrum] pratorum Y | cordis] mentis Y 6 studiose] studiose Y | succinctim]
 succinctim W | exstitit vestrae *tr.* W 8 coronulam] coronolam Y 9 *in*] *hac add.* Y | sancta]
 sanctitas Y 10 *sint*] *sunt* W 11 margine] id est extremitate *gl.* *in mg.* Y | titulis] *in praem.* W
 12 haec *om.* Y | *sicut*] *si* Y 14 etenim haec] enim in Y | praesumptiose] *presumptuose* TV,
 presumptione W 15 pie] *TVW* | *sunt om.* Y 16 *ut*] *sicut Y 17 instruendos*] *ad praem.* W
 18 quia] qui Y | vestra – 19 temporis] *haec verba partim resecta fuerunt in T* | *pia*] *om.* VQ
 19 parvissimo] parvi spacii Y | cursu – velocissimo] *haec verba partim resecta fuerunt in T*
 20 maxime – mihi] *haec verba partim resecta fuerunt in T* | quia] qui Y | necessarios ubi] *haec*
verba partim resecta fuerunt in T 21 habere *om.* W

Exordium,5 cordis...studiose] cf. HINCMAR Coll.de ecclesiis et capellis 1 (ed. Stratmann, 64, lines 6–8). Et quoniam vestra regia a deo constituta sublimitas sacerdotali religione et cordis et corporis cervices devote inclinat ...

STVW <AVCTORITATES>

25 Haec sunt sanctorum nomina patrum, quorum ex opusculis hic excerptio[n]is constat editus esse libellus, piissima Christi iuvante gratia: ex edictis beatissimi martyris Cypriani Cartaginensis episcopi, necnon et clarissimi doctoris Gregorii Nazanzeni episcopi, Ambrosii quoque Mediolanensis, Iohannis Chrisostomi, Basilii Caesariensis, Fructuosi
 30 Tarraconensis, sanctorumque roman[em] sedis pontificum Innocentii, Leonis, Caelestini, Simmachi, Gelasii atque Gregorii, seu et luciflui auctoris Augustini Ypponiensis episcopi, Aurelii Cartaginensis, Isidori Spalensis, ac Prosp[er] eloquentissimi presul[is], sanctissimi quoque Hieronimi presbiteri, et Cassiani facundissimi doctoris, ac venerabilis
 35 Bede presbiteri, sanctique Ferrioli martyr[is], et sancti Columbani confessoris, seu et Maximi Taurinensis episcopi, Caesarii Arelatensis pontificis, atque sanctissimi viri Effrem diaconi, aliorumque doctorum; necnon et ex sacrorum canonum institutis haec succinctim divinae excerptae sunt sententiae.

STVWY IN NOMINE DEI SVMMI INCIPIT PRAEFATIO OPERIS SVBSEQVENTIS.

Ex diversis sanctorum patrum opusculis vel institutis, largiente domino nostro Iesu Christo, quattuor in huius voluminis corpusculo excerpti continentur libelli. Primus denique de vita et predicatione ac discretione
 45 necnon et sollicitudine sacerdotis enarrando brevitatis studio percurrit. Secundus de modis poenitentiae levioribusque delictis ac satisfactione eorum. Tertius de mortalibus peccatis eorumque poenitidine ac satisfactione, necnon et de octo principalium vitiorum origine et vexatione ac curatione eorum eloquitur. Quartus de diversis peccatis ac
 50 criminibus eorumque iudiciis ac satisfactionibus ex sacrorum canonum orthodoxorumque patrum institutis terminatur. Quisquis igitur indocti excerptoris haec percurrerit excerpta et congrue aliqua reppererit deflorata, dignas domino qui haec dedit referat gratias. Si qua vero minus caute fortasse invenerit excerpta, conpassus humane fragilitati excerptori

24 AVCTORITATES *supplevi* **26** Christi] Christe V **29** Mediolanensis]
 Mediolanensis | Chrisostomi] Chrisostomi V **30** Tarraconensis] Terraconensis W,
 Tartaconensis T | sanctorumque] sanctorum quoque W | Innocentii] Innocentii S
31 Simmachi] Symmachi T | Gelasii] Gelasii S^{a.c.} **32** auctoris] doctoris V | Isidori] Ysidori W
33 Spalensis] Ispalensis V **35** Ferrioli] Ferrioli T, Ferreoli V **36** Taurinensis] Tauriensis
 W | Caesarii] Caesar** S^{a.c.} **38** ex *om.* T | haec] hae T, he W | succinctim] succinctim W, cinctim
 V **40** IN – SVBSEQVENTIS *om.* V, IN NOMINE DEI INCIPIT ... Y | SVMMI]
 SANCTORVM W **43** huius] huiusmodi W **47** de – **49** Quartus *om.* V | poenitidine]
 penitencię W **49** eloquitur] elocutus Y **51** indocti] inditi V **52** percurrerit] percurreret
 W | congrue] congrue WY | aliqua] aliquam Y | reppererit] repperit W **53** haec dedit] he
 dederit Y **54** humane] humana Y | fragilitati] fragilitatis V

55 indulgeat, et pro cunctis illius commissis apud piissimum aeternumque
iudicem assiduus piissimusque intercessor exsistat.

EXPLICIT PRAEFATIO.